82 fragmenta duo tabula marmoreae, margine infra et supra extante, litteris c. 15. Ostiae rep. in cavea theatri m. Dec. 1880.

*m. ag*RIPPA | COS

Descripsi. Lanciani apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1880 p. 478, 1881 p. 110.

83 tabula marmorea fortasse de basi desecta. Rep. Ostiae, nunc Romae in museo Vaticano MARINI. Ibi extat (*Gall. lap.* Aug. I).

GERMÁNICO
CAESÁRI
TI · CÁESÁRIS
AVG · F
DECVRIONVM
decreto

Descripsit Henzen. Marini ms. Vat. 9124 f. 193, Arv. p. 710.

84 Ostiae rep. prope templum Matris deum [cf. ad n. 34] VISCONTI. Est Ostiae in museo.

*dr*VSO| *caesari ti. caesaris aug*|/STI · F

Descripsi. Memorat C. L. Visconti ann. inst. arch. 1869 p. 224.

85 tabula magna marmorea, litteris olim aere repletis. Rep. in Portu Romano [e Claudiani portus ruderibus effossa TITVLVS NOVICIVS inscriptioni appositus] a. 1836, mox ibidem ad sinistram viae in muro exposita, ibique extat.

TI · CLAVDIVS · DRVSI · F · CAESAR
AVG · GERMANICVS · PONTIF · MAX
TRIB · POTEST · $\overline{\text{VI}}$ · COS · DESIGN · $\overline{\text{IIII}}$ · IMP · $\overline{\text{XII}}$ · P · P p. C. 46
FOSSIS · DVCTIS · A · TIBERI · OPERIS · PORTVs
CAVSSÁ · EMISSISQVE · INMARE · VRBEM
INVNDATIONIS · PERICVLO · LIBERAVIT

Descripsi. P. H. Visconti *notizie del giorno* et *diario romano* 9 Dec. 1836, *dissert. della pont. acc. romana di archeologia* vol. 8 (1838) p. 213 tab. aeri incisam (in commentario lecto d. 29 Dec. 1836); Canina ib. p. 259; Nibby *analisi* 2 p. 612; Sarti ms. habuit descriptam ab Angelo Sani agrimensore; Garrucci *i segni detti accenti* p. 35; A. v. Reumont in commentario ad Rutilium Namatianum quem edidit sub nomine Itasii Lemniaci p. 106, de visu ut videtur. Henzen n. 5098.

3 COS · $\overline{\text{III}}$ · DESIGN · $\overline{\text{IIII}}$, 4 PORTV̊ Nibby, male.

86 fragmentum tabulae magnae marmoreae litteris magnis. Ostiae rep., inde translata Romam in aedes Quirinales NOTITIA. Extat Romae in museo Vaticano (*Gall. lap.* inter Ostiensia).

*imp. caesa*RI · VESPASIANO
aug. pont. MAX · TRIB POTEST · $\overline{\text{VII}}$
*imp. xiiii. p. p. c*OS · $\overline{\text{VI}}$ · DESIGN $\overline{\text{VII}}$ · CENSORI p. C. 75
PRIMIGENI

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Legitur in notitia ms. rerum antiquarum a Petrinio inter annos 1801 et 1804 effossarum p. 178.

87 fragmentum tabulae marmoreae Romae in repositis musei Lateranensis inter Ostiensia.

*imp. caesa*RI · DIVI
*uespasia*NI · F
*domitiano a*VGVST
*germanico po*NTMAX
cet,

Descripsi post Bormannum.
Cum in ipsa Ostia nemo descripserit, origo Ostiensis non extra dubium est.

89 in Portu *fra le ruine del palazzo imperiale.*

...... TRAIAN ......
.... *imp* $\overline{\text{VI}}$ COS DE*s. ui*... p. C. 111

Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 174.

88 tabula marmorea litteris magnis. De origine non constat. Extat Romae in coenobio S. Pauli.

imp. caes. diui
N Er*uae fil. nerua*
TRA*ianus aug. germ*
DAC*icus trib. pot...*
IMp... *cos... p. p.*
FOSSAM *fecit*
*q*VA · INVN*dationes tiberis*
*a*DSIDVE · V*rbem uexantes*
riuo PERENni *instituto arcerentur*

Descripsit Zangemeister, contulit Bormann; ipse quoque vidi. Haec videtur esse inscriptio illa pertinens ad fossam Traianam de qua verba fecit Reifferscheidius coram sociis instituti archaeologici d. 23 Ian. 1863 (*Bull. dell' inst.* 1863 p. 8). Est in vol. VI n. 964.

5—8 fossam hanc memorat Plinius in epistula 8, 17 scripta anno fortasse 108 vel 109 (cf. Mommsen Herm. vol. 3 p. 51) his verbis: *Tiberis alveum excessit et demissioribus ripis alte superfunditur: quamquam fossa, quam providentissimus imperator fecit, exhaustus, premit valles, innatat campis, quaque planum solum, pro solo cernitur.* Fuisse hanc fossam eam ipsam per quam hodie quoque pars amnis Tiberini in mare emittitur, coniecit Fea (*osservazioni sopra gli antichi porti d'Ostia* p. 5 in dissertatione lecta in academia archaeol. d. 29 Iul. 1824) adsentientibus Nibbyo (*Porto* p. 33, *analisi* 2 p. 604) et Canina (*dissertaz. dell' accadem. rom. di arch.* 8 p. 296)[1]; et certe titulus Claudii n. 85, quo is *fossis ductis a Tiberi emissisque in mare urbem inundationis periculo* liberatam esse gloriatur, repertus prope portum Ostiensem, suadet ut Traiani quoque fossam ibi prope fuisse ponamus; fortasse ea quoque coniuncta fuit cum opere portus a Traiano, ut diximus in praefatione p. 6, amplificati. Quod si verum est, statuendum erit inscriptionem hanc ex agro Ostiensi sive Portuensi Romam esse adlatam; quo ducit etiam locus ubi extat; nam basilica et coenobium S. Pauli licet non uno ex loco marmora scripta acceperint, tamen multa in eis latere Ostiensia situs ipse ante portam Ostiensem urbis Romae prope ripam Tiberis indicat. — Supplementa quae adscripsi Mommseno debentur.

1) Contradixit P. H. Visconti (*diss.* l. c. p. 246).

90 tabulae marmoreae fragmenta duo. Rep. in Portu Romano, nunc Romae in villa Albani.

imp. caes. diui neruae f. neruae TRAIANO
*optimo aug. germ. dac. parth(?) po*NT · MAX
trib. pot... imp... cos. $\overline{\text{VI}}$ P · P a. 112/7
.... *port*VS TRAIANI · FELICIS

Descripsi. Fragmentum maius exhibent Fortunati in epistula data d. 4 Febr. 1867 et Lanciani ann. inst. arch. 1868 p. 174; minus Lanciani ib. p. 167; utrumque coniunctum cum tertio alieno P. H. Visconti catal. vill. Alban. p. 307 n. 216.

4 fin. s paene evanuit, sed tamen certa est. — Fragmentum continens litteras VLIV, quod nunc in villa Albania cum eadem tabula coniunctum est, ab ea videtur alienum esse.

91 litteris pulchris. Rep. in Portu Romano anno 1863/4 fossionibus Torloniae.

IS TRAIANI SIC
AT CVLTVM RI

Lanci ms.